



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

71. De sacerdotum & Episcoporum efficio, & quare Ecclesia ad sacerdotium & Episcopatum non nisi continentes admittat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

in sacro ministerio cadens. Pudicè etenim
nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales
constituti ij, qui in clero adducuntur, ordi-
nantur, facilius eis ad Episcopatum adscensus e-
rit & ex multis bonis viris facilius inuenien-
tur, qui adducantur ad primum gradum sacer-
dotij digni.

*Justinianus Imper. in l. Nos semper. C. de Episc. &
cleric. De sacerdotium & Episcoporum officio. &
quare Ecclesia ad sacerdotium & Episcopatum,
non nisi continentes admittat.*

CAP. LXXI.

NOS semper omnibus modis sacrosan-
ctis Ecclesijs prouidentes in honorem
& gloriam sanctæ, incorruptæ, & consubstan-
tialis Trinitatis, per quam seruari tum nos i-
psos, tum reipublicam persuasi sumus, sequen-
tes doctrinam sanctorum Apostolorum, de eo
quod debent eligi integerrimi & incorruptis-
simi sacerdotes, qui quidem ea & maxime cõ-
stituantur, vt suis precibus benevolentiam
DEI clementissimi rebus publicis acquirant,
presenti constitutione sancimus. Nam si san-
cti & gloriosi Apostoli sacerdotium à Domi-
no CHRISTO Deo nostro accipientes, &
omnibus bonis terram implentes, suamq; do-
ctrinam omnibus tradentes, ne suæ quidem in
hoc mundo concessæ vitæ vt salutis nostræ in-
uenirent, pepercerunt, an non æquum est eos,
qui in illorum munus succedunt, & sanctis

D d Eccle-

Ecclesijs sacerdotes presunt, puram atque intactam vitam agere, & opes atque pecuniam pro nihilo ducere, vitamque suam omnem clementissimum Deum referre ac dirigere. Par est igitur eiusmodi sacerdotes eligi & creari, quibus neque liberi sint, neque posteritatem propterea, quod is, qui huius vitæ curis & sollicitudinibus afficitur, quas liberi, ut qui matrem parentibus adferunt, eius omne studium & cogitatio in Dei cultu, & rebus Ecclesiæ proficari non potest. Cum enim quidam ad vitam spem, quam in Deo positam & constitutam habent, tum autem ut suorum animorum salutem consulant, ad sanctissimas Ecclesias conueniunt, suasque opes ac facultates ob eam causam adferant & relinquunt, ut in pauperes & egenos, aliosque præterea pios vsus impendant, absurdum esset minimeque conueniens, si episcopi in proprium lucrum prædamque, earumque potestates reuocarent, aut in proprios liberos & sanguineos impenderent. Oportet enim episcopum nulla erga eos libero, sicuti carne & corpore parantur, affectione & studio præpositum, omnium fidelium animos parentis caritate & beneuolentia comprehendere. Negatur igitur de causis eos, qui liberos & posteritatem habeant, creari episcopos prohibemus.

De calibatu sacerdotum, & quod conuulgati ad clericatum & gradus Ecclesiasticos non modo admittantur, videre licet plures in

es & cōstitutiones in authent. de monachis, collatione i. titu. 5. § Si quis autem fortè. & in authent. de sanctissimis episcopis, collat. 9. titu. 5. Clericos autem. & in l. Eum, qui pro- bolem, cum Glossa. cap. de Episcopis & cle- ricis. atque in leg. existimamus. cap. de Sum- ma Trinitate & fide Catholica. Quid facient Orientis Ecclesiæ? inquit Hieronymus, (ad- versus Vigilantium) quid Aegypti & sedis Apo- stolicae, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerint, mari- ti esse desistunt.

Impp. Theodosius, Arcadius & Honorius in l. Mi- nime, c. de Episcopali audientia. Habitus Deo dicata- rum virginum non debet ludibrio exagitari, sub pe- na corporalis supplicij & exsilij.

CAP. LXXII.

Mimæ, & quæ ludibrio corporis sui quæ- stum faciunt, publicè habitu earum vir- ginum, quæ Deo dedicatæ sunt, non vtantur. In eandem sententiam Iustinianus Imper. in authent. vltima de sanctissimis Episco. (Collat. titu. 5. §. fin.) Omnibus, inquit, generaliter in seculari vita conuersantibus, & maximè thea- tralia exercentibus, viris ac mulieribus, nec non ei prostantibus, interdicitur vti sche- mate monachi aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cuiuscunque personæ cuiusmodi imitari solent: scientibus vniuersis præsumptibus aut vti tali schemate, aut imitari, aut illudere